mus, rursus ea, quę cõtinua est, triplices recipit uariationes: aut enim numerorum excessus consideratur, aut in utrisq; proportio conspicitur, aut excessuus, et terminorũ cõparatio coequatur. prima enim arithmetica est: secũda geometrica dicitur. Tertia uero dulces, ac delectabiles facit harmonias. His igitur tub⁹ discussis huic primo practicorũ uolumini fines imponemus. Cum igitur numeros tres cõtinuos, aut equali distantia separatos inuenerimus proportionalitates arithmeticã inter eos esse dicemus. ut in his numeris 1 2 3. Cades enim quãtitate; qua medius minorẽ excellit uincit a maiori. quoniã per unitates. Ergo est arithmetica proportio; quoniam equalitas attenditur excessus, et nõ proportionũ similiter in his numeris 2 4 6. binarius differentiam facit, et in istis 3. 6. 9 ternarius. et de inceps ad huc ordines. talibus enim uestigijs inherentes nullus ab cades similitudie error abducet. Ex hac tamen medietate notatur, q̃ in minoribus terminis maiores proportiones in maioribus minores cõparationes necesse est inuenirí. ut in his 4. 6. 8: in minoribus terminis sesqualtera, in maioribus uerò sesquitertia reperitur. Geometrica uerò medietas. quę hanc sequitur expediatur. ipsa sola, uel maxime proportionalitas appellari potest, propterea q̃ in eisdem proportionibus terminorũ. uel in maioribus uel ĩ minoribus speculatio ponitur; in qua quidem equa semper proportio custodit numerorum quãtitate neglecta. Contraria enim arithmeticę medietati. ut in his 1. 2. 4 uel in his 6. 12: 24. dupla est utrobiq; sic et ĩ triplatur in his. 1. 3. 9. aut in his. 2. 6. 18: et in quadrupla et in ceteris similiter. in hac autem proportionalitate notatur proprietas, q̃ in maioribus, uel in minoribus terminis semper equales fũt proportiones. ¶ Capitulus secũdũ; in quo medietas harmonica discernitur.

Harmonica uero medietas est: que neq; eisdem differentiis. neq; equis proportionibus constituitur. sed illa ĩ qua sicut maior numerus ad minimũ se habet: sic differentia maximi et medij contra differentiã medii atq; minimi comparatur. ut in his terminis 3: 4. 6. Senarius enim quaternarũ sua 3ª parte superat 1: binario. Quaternarius uero ternarius sua quarta idest uno: quare in his neq; eadem proportio terminorũ reperitur neq; eedem differentie inuenientur: est autem quẽadmodũ

p. volum.

maximus terminus ad minimus. sic differentia maximi et medij ad differentiã medij atq; postremi. patet hoc quoniam differentia inter medius et minimus unitas est et medij ad maiorẽ binarius differentiã facit: Ergo dupla inter eos proportio reperitur; quaq; tenuit maximus. i. senarius ad minimus, idest ternarius. proprietas autem huius medietatis contraria est arithmeticę medietati. in illa enim in minoribus terminis maior erat proportio. et in maioribus minor. in hac uero ẽcontra: quoniam in maioribus terminis maior proportio. et in minoribus numeris minor habitudo reperitur: atq; ideo arithmetica medietas ei rei publice cõferatur. quę paucis regitur. Idcirco quod in minoribus eius terminis maior proportio custoditur: geometrica proportionalitas popularis quodãmodo est. namq; in maioribus uel in minoribus equali omnium proportionalitate cõponitur: et est inter omnes paritas quędam medietatis equium iuxta in proportiõibus conseruatis: at Iustica uerò medietas optimarũ dicũr esse rez publicã: ideo q̃ in maioribus terminis maior proportionalitas inuenitur. quare sitę proportionalitates sic appellatę sunt: alia scilicet arithmetica, alia geometrica, alia harmonica. ratio est; quoniã arithmetica dispositio equas tantũ per differentias diuidit quantitates. Geometrica uerò terminos equa proportione coniungit: sed harmonica ad aliud referitur, qz neq; solus in terminis speculationes proportionis habet neq; solus in differentijs. sed in utrisque communiter. ipsarũ enim musicarũ consonantiarũ. quas symphonias nominant proportiones in hac penè sola medietate frequentes inuenies; ipsa enim symphonia diatessaron in epitrita proportione cõsistit ut est 4 ad 3. diapente cõsonantia in hemiolia proportione ut 6 ad 4. at ipsa omnium concordia diapason in dupla consistit ut 6 ad 3: in hac igitur medietate has tres simplices symphonias terminorũ cõparatiõe reperimus. q̃ si ad differentias terminorũ cõparatio fiat alias symphonias nõ simplices procreabimus ut si minimi ad differentias inter minimus, et medius fiat habitudo triplã custodiet proportionẽ. Ex qua diapason, et diapente cõsonantia redũdabit: Sed si medii ad differentias inter ipsus et minimũ fecerimus relationes quadruplas proportiones reperiemus. quę bis diapason consonantia resonabit. quod si idem naẽti binario ducantur ut

arithmet. medietas

geometr. med.

Musica med.

Harmonia
6.8.12.
6.8.9.12.
Cantilena
2.3.4
9.8.
10.17.16.

efficiantur 6.8.in reędez consonantię manebunt. Sed inter.8.et.
potest alius numerus interseri. qui ad extrema cõparatus eas
quas tenuit octonarius proportiones cõseruabit. contrario tã
modo: quia hic scilicet nouenarius ad graues partes diatessaron
et ad acutas seruat diapente. octo uero per cõtrarius. ad se inui
cem uero sexquioctauas custodiũt proportiones: ex qua species
que dicitur tonus redũdat. hec enim species est excessus diapen
te supra diatessaron. si autem 9 et 8 binario ducamus. habebimus
18 et 16 quos in sexquioctaua proportione esse cognoscimus. in
ter quos iat ait boetius medius numerus collocatur sex. 17 qui
ad maiorem cõparatus semitonii redit minus. ad minimũ uero
maius. Maior enim proportio ẽ sesquidecimesexte sesquidecimeseptime collatione: quomodo autẽ symphonias ex proportionibus redũdare intelligimus propter nouos cantores licet rursus clarius discutere.

¶ Capitulum tertium: in quo primanę monochordi diuisiones ad numerorũ rationes aplicantur:

In prima monochordi nostri regularis diuisione Boetius numeris et mensura suũ mõchordũ regulare subtiliter diuisisse diximus: nos uero propter nouos per continuã quantitatem uulgaribus fractionibus nostrum diuisimus ne et arithmeticã et geometriã adiscentes plus cognouisse esset necessarium: nam esset incidere in errorem quem probabimus. diximus enim nihil horũ illi ad nostram doctrinam capescendã esse necessarium modo primis rudimentis esset edoctus propter quod diximus chordã medio esse diuidendã aut quantitatem duplicandã triplicandam aut per tria fore secandam. quaterminii notissimi uulgarbus sunt. nunc uero quia de quantitate discreta hoc est de numeris et numerorũ proportionibus aliqua. que magis cantoribus esse necessaria cognoscebamus. determinauimus. casdẽ quas posuimus chorde uulgares diuisiões ad rationẽ numerorũ applicantes in quibus proportionibus consistant ostendemus: hoc modo. Est enim chorda in tota sui longitudine exempli gratia quatuor cũ uiginti digitorum. que q.a. pũctis terminatur. cum igitur eam medio secamus littera b. sectionem signantes q.½. duodecim digitorũ ad q a. uiginti quatuor in dupla collatione respondent. Si igitur chordam in tota sui longitudine percussemus et sono perpenso digitum in puncto b. superponentes chordam b q impulerimus consonantiam diapason resonare deprehendemus. sic igitur diapason in dupla dicitur esse habitudine. Cum uero b a medium diuidimus quantitatem littera o in medio consignantes chorda d.q.13. digitorũ esse conistat. quam ad totam comparata sexquitertiam fuit proportionem. Inde ergo est q a o diatessaron est symphonia. dt uero cũ quantitatem b q medio secamus litteram p. in sectionis medio configentes. conistat p q: sex tantũ esse digitorum: qui numerus quater ductus 24 implet. ergo quadrupla erit habitudo necessario. Inde ergo est q p litte ra ad q bis diapason resonat melodiam. cumq; b.p medio diuisa à tota corda
littera l sectio signatur 9 esse l.q. digitorum quantitatem recte conspicimus: quã si ad totã comparemus dupla superbipartiente collationem inuenietemus diapason et diatessaron consonantiam cõsuantem: quam ut ait boetius solus ptolomeus inter consonantias admittit. sed de his quia et in cõpositione trium quarumq; uocum experientia aliqua monstrabimus et ratione paulo post in speculatione per multa dicturi sumus hic supersedemus. Cum igitur totam chordam per tria diuidentes et a littera q uersus a uenientes in trienti litteram ponimus inter b et e. m.q.8. esse digitorum clare monstrabimus que ter ducta 24 integre metitur et sic triplam suam proportionem diapente et diapason ad totam chordam resonat symphoniam: sed e q: 6 qui sesqualter totius repetitur ac per hoc diapente resonat cũ a. uerum in b di quãtitatem medio secamus littera f sectionem configurantes: quoniam b: i: d. uero 18. digitos habere monstratus est: f: quindecim esse digitorũ indubitanter cognoscimus. quos si ad .d. referamus sesquiquintam habitudinẽ cõprehendimus. excedit. nam 18 15 remanio qui quinta pars minous est. verũ si ad b cõparetur in sexquiquarta collatione esse deprehendimus et ex ista cõparatione ditonus siue bitonus cõsonantia fit ex ista uero semiditonus siue trietonii spes generatur quam ex tono perfecto et imperfecto cõstare manifestũ est. quod si eiusdem f ad a fiat cõparatio superbipartiens quintas reperitur: habitudo excedit enim 24 numerus nũerũ quinquenarium in tres quintas minimi partes ex hac enim collatione diapent cũ semiditono siue sexta minor aut erras minor resonantia resonabit quod si eiusdem f ad l fecerimus relationem

museo interbibliotecario di bologna

superbi patientes inter ceteros reperimus proportionē. superatur enim nouēnarius a quindenario numero senario qui et duabus nouēnarii partibus integre cōficitur. ista autem habitudo sextam sine exadem creat maiores sic igitur oēs nostras q̄ uulgares et ñ difficiles sunt fractiones facillimas fecimus diuisiones. Guido uero per nouem passus monochordum docet diuidere suū quod la boriosum et tedioſū esse intuentibus liquido patet hoc ideoq̄ ut diximus tonus in sexquioctauo consistit proportiōe. difficilius enim est alicuius integri octauam. quā mediatē aut tertiam sumere partem et per nostrā diuisionem sicut et per suum tonus efficaciter repentur ut d e. quā 18 et 16 numeri ꝛplent aut 1 m. que 9 et 8 nūcioruū ambitu cōscribūtur. sed de his hactenus: nūc eūt que sesquitonia monochordi canēda sint que uero cantanda uitentur. quoniam unum maius alium min⁹ reperitur discutiamus.

Guido

Capitulū nonum in quo sesquitonia canenda aut cantanda

Quoniam dictum est tonus in duo equa non diuidi semitonia et oia tonorū spatia instrumenti perfecti in duo semitonia monstrauim⁹ esse diuisa: dicendū restat quod illorū sit canendū et qd cantandū sic et de aliis speciebus, quę per sesquitonia uariantur. et ita huius primi uoluminis cōplementū practicis principaliter deputatum ordinate perficiemus.

Jn arte igitur prima iperfecta in prima scilicet monochordi diuisiōe unū tantum est sesquitonū qd cantari debet illud. s. qd apotome a platone dictum fuisse constat. Jgitur cantores aut instrumētorū pulsatores nūquam faciant transitū a uoce siue chorda b. in ♮ nec ecōtra: quoniam illud sesquitonū in simphonia nō ponitur cū neque in diatessaron neque in diapente neque in diapasō aut in aliis imperfectis speciebus aut discordantibus simul et concordantibus successue cōuenire nunquam uisū sit: Jn monochordo uero perfecto multa loca sūt in quibus transitus in cantu cuitandus est. per modū igitur doctrine ea practicis assignabimus. theoricis uero in sequenti uoluimine rōnibus sūt missimus ueritatē dēonstrabim⁹. ad mensuram igitur figurā quę in 1ª parte tractatu secundo capitulo quinto posita fuit redeamus: Est enim prima uox siue chorda a. secunda uero prima b. i. prima b mollis cōiuncta. hic enim transitus bonus est quoniam per semitonū q̄ simphonijs adaptatur distare uisus est sed a prima b in ♮ transitus non fit. quoniam illud semitonium non cantatur: quod apotome uocatur est: a qua b in c bonum sesquitonium est sed a c in prima ♮ malū. ab ista in d bonū. a qua in secūda b similiter bonū a qua in e malū. sed ab e in f bonum. ab f uero in secunda ♮ malum: sed ab ista in g bonum a qua i tertia b similiter bonum: d tertia b in h malū ab h in i. siue in b bonū ab b in ♮ malum et deinceps ad hunc modum in suis octauis mala malis bona uero bonis cōrespōdēt: Transitus autem tonorum bonorū atq̄ malorū qui nō ad sequentes. sed una semper in hoc instrumento medio dimissa fit. sic declaratur. ab a in b. tonus bonus est q̄ ex semitonio maiori atq̄ minori cōponitur a prima b mollis cōiuncta in c similiter eodem modo a tertia b in prima ♮ a qua ad secūdam b. malus eodem modo a secunda ♮ ad tertiam b. et in suis octauis similiter: Ceteri uero transitus tonorū una intermissa semper singuli sunt boni. tremitonia uero duabus intermissis ubiq̄ sunt bona nisi cū ordo accidentalis alteri accidentali miscetur ut a prima b in prima ♮ et a secunda b ad secūdam ♮. ideoq̄ tertia b non est bona cū ♮ Diatonus uero qui quātuor sūt intermissis ubiq̄ est bonus nisi a tertia b in secundam b a prima ♮ in f. nec ab e in tertiam b nec a secunda ♮ in b uel in f. et ita in istorum octauis. Diatessaron uero que ad sextā in hoc instrumento fit semper uocem ubique est bona nisi a tertia b in tertiam ♮ et in suis octauis. Diapente uero que fit ad octauam ubiq̄ est bona preterquam a prima b quam in tertia b. quoniam ad quartam b est diapente perfecta. de sexta uero minori que ad nonā semper fit chordam sicut de tertia minori sentimus. Chorda enim que tritonio cassa fuit exade cadebit minori. sic sexta maior a tertia maior. nā chorda que di tono caruit exade maiore priuatur. sic et septima maior aut minor sicut tonus et semitonū: nūq̄ sicut iste ad fonte; sic eptas maior aut minor ad eius octauā se habent: has et enim chordas siue tractus quibus chorde percutiuntur. qui uulgariter tecle sūt nuncupati in monochordo sic disponūt contemporanei nostri: ut tractus ordinis naturalis recto modo procedūt abiecto sy

apotome

museo civico di bologna e biblioteca di bologna

nemenon ut in priã mensurata ostendimus figura. At uero tecle
sinemenon et ordinũ accidentalitũ: aliquãtulũ super his eleuate
ponuntur: diuerso depincte colore ut pateat in figura: Sed notan
dũ est et ualde notandũ de illa chorda inter b ⁊ g collocata: quo
daz enim practicorum minus beñ prouidentes ita illã disponunt
ut cuz b sit bonuz semitoniuz. cuz g uero maluz. et sic diapente
cuz prima b quadro illaz faciunt resonare que diapenẽ inutilis
est quoniaz ratio fit et ut uerius loquar numquaz fieri debet. uerz
si quis dicat ad hoc ponitur ut cũ tenor descendit ad a per b dis
cantus habeat sextã maiorez in illa tendens ad diapason b: re
spondemus q̃ tunc in tenore debet fieri uariatio hoc est descẽ
dere per primaz b mollis coniunctaz que sexta maior est ad g
et sic fiet transitus non soluz ita bonus uerum melior dulcior
atqz suauior. et si media uox interpõatur habet tertiaz maiorez
in o a qua uenitur in quintaz scilicet e regulaz supra positaz ter
nariaz quaz nõ habet si alio modo descendat. nãqz secunda b nõ
coniungitur huic ratione signata.

¶ Et si quis uellet dicere q̃ ibi renascitur protus ⁊ conditio
nes quas habuit o debet et b obtinere. et cum o semitoniũ subse
et supra se hẽre monstratum sit eodẽ modo et b. respondebim⁹
dicentes argumentum non procedere. quoniam illud habuit g. q̃
totalem similitudinẽ sub et supra in sinemenõ retrachordo ue
dicat sibi. nõ tñ b quia sub se duos tonos habet. licet prima di
apẽ fit in disiũcto intrẽsa: sic et diatessarõ. uerũtamen diatessa
ron supra diapẽte primã non habet sed secũdam: Igitur illa chor
da i cõiũcto deuterus est tam auctenticus quã plagalis. Alij ue
ro practici dicũt si hoc fieret diapenẽ. e b quadro non haberet
tertiam mediam. que maior ad iferiorẽ et minor sit ad superi
orẽ. ut i parte ductus secũda. tractatu tertio cõpositionis: Sed
hoc ñ obstat. quia cum illa phrygij sit incitatiua ñ refert si ter
tia careat media uel si maior ad superiorem et minor põatur ad
iferiorem. Quidam vo uolẽtes utrique satisfacere parti aliam
chordam iter tertiam b et b interfecerunt quaz a tertia b per co
matis spatium distare faciunt. hoc tñ non laudatur propter hoc
q̃ esset tunc aliud genus mixtum et non diatõicum sicut stri
stranus uero de silua amicus noster iter f et secundam ☐ aliaz
chordaz dicebat esse interpõendaz sic et per numeros se reppe

tertiam

* in questo luogo l'edizione reca 'di 5. frazz' 1482. e seguenti sequens Wolmen.

*
risse testabatur: melius tamen primi senserunt. Cuius veritatem in se
quenti volumine firmissimis numerorum rationibus enucleabimus.
Nunc autem epilogando supradicta huic operi finem imponamus.

Epilogus

Afer igitur iucundissime lector ex animo tuo se
gnes pristine ignorantie nebulas ⁊ opusculi nostri huius claro irradiãte fulgore piceam ab ocu
lis tuis expelle caliginem. intuere ⁊ dispice omnes hanc mu
sice nostre supellectiles: Circumfer luminia. Cuncta perlustra. Locos
omnes rimare. quo perspicatius animũ intẽderis: eo magis nebiscuz
senties. Et vbi ad hui⁹ pulcherrime veritatis quã in commnez vtilita
tez adducere curauim⁹ ducente deo perueneris agnitionem: Gratias
deo ages mei memoriã seruabis. opusculo isti ⁊ labori meo fauebis
Sic enim facias necesse est. si turpissimum voles crimen ingratitudis
euadere. Si quid tñ a ratione dissonum ⁊ veritati nõ consentaneum re
peris: correctionem locum relinquo in me examen admitto. ſz vnuz oro
ut priusq̃z improbes intelligas nec ad iudicandũ preceps eas. pugnã
non timeo. si presente ⁊ iudicante ratione pugnabitur. Animaduerte
oro q̃to cũ sudore quorũdam musicorz cantorzqz: Icussimas opinio
nes refellendo quorũdaz uero quibus magis fauebat veritas appro
bando ⁊ que indigeste ⁊ tumultuarie tradita videbãtur ab alijs. ad
perpendiculum dirigendo libelluz istuz ꝓposuerimus. In quo si euz
qui in Boetio est eloquentie florem non videris: veniaz dabis. Ego
enim semper veritatis q̃z facundie studiosior fui. Et nobis ut plurimũ
in hoc opusculo sermo est ad cãtorez qui maiori ex parte imperiti ru
desqz comprobantur. Et non nunq̃z eorz inconcinna dicta ⁊ barba
ris contexta vocabulis necesse fuit vt improbarẽtur operi interserere
Prius igitur vt omnium dictorz breue colligam epithoma sonos suc
cessiue ⁊ seriatim prolatos ad totum vsqz concentuz discutiendo qua

litates ꝓpꝛ modꝛum per mundanam atq; humanam musicam tran
seuntes miras ⁊ diuersas esse ostendimus. Et per alta duo melozꝫ
genera subtiliter ⁊ non ab re ab antiquis pervigilata transcurrentes
ad ipas antiquozꝫ neotericozumq; simphonias diffimendas accessi
mus. Deinde per numerozum passiones ingressi ⁊ friuolas cantozꝫ
opiniones iuxta pꝛopꝛtiones euitantes ad pꝛopꝛtionalitates quib⁹
simphonie tamq; fundamentis niituntur accessimus ⁊ monochozdii
nostruꝫ recte per numeros esse diuisuꝫ subtiliter insinuauimus. Sꝫ qui
verā ⁊ pfectem hui⁹ disciplinę viam sine argumentozꝫ obscuritate sui
probationū improbationumq; longis ambagibus percipere deside
rat: libellū nostrū musices quē introductoriū seu isagogicon appella
mus inquirat. illic habunde breuiter ⁊ dilucide rei summā inuenies
Et cū ea q̄ illic videbis firmare rationibus et altius intuen voles: ad
opus hoc reuerteris. qō est quasi arx illius ac pꝛopugnaculū. ex isto
ad declarandum defendendusꝫ q; illud oppꝛtuna deligere potes in
strumenta. Ab alijs igitur excogitata ⁊ quedam per me nuper inuen
ta scrutare diligenter. non parum enim in his legendis vtilitatis vo
luptatisq; percepturus es. Et in mortali deo bonozꝫ omnium largito
ri qui omnes liberales artes ad hominū perfectionez delectationēq;
condidit vt pꝛeduci gratias ages. Cui est gloria per infinita seculorū
secula. Amen.

altra opera del Rami
cui la presente fu
seguito.

Explicit musica practica Bartholomei Rami de Pareia Hispani
ex Betica pꝛouincia ⁊ Ciuitate Baezza Bien diocesis. vel suffraga
na oziundi. Alme vrbis Bononie dum eaꝫ ibidem publice legerei
Impressa. anno domini millesimo quatrigentesimo octuagesimo secū
do. quarto idus Maij.

di 9. Maj 1482.

museo internazionale
e biblioteca della musica
di bologna

A 80 Autori nominati da Bartholomeo Rami

Prologus.
Boethius. et Cap. 2. Cap. 3. Virgilius. Gregorius. in fine cap. 3.
Boethius. Enchiridion Odonis. Gregorius. Tinctor. Guido monachus
fortasse melior qua musicus. Boethius. Guido.
Cap. 5. Cui Tristano de Silva Hispano familiarissimo nostro, et accemini
ingenij viro. Boethius. Marchetus e più tosto parlando
di Marchetto sopiongo Guida Frater Joannes Chartusiensis
pag. 12 in fine Gallus Salvat eum dicens et indoctus et fenela indicentem.
ego autem Marchetus hunc tanti existimo: ut Marchetus quatuor.
Rodericus Cageron gallo simal uno potest deglutiri posse ut dubitem.
Hic enim Rodericus Cageron sic ait. Compsit Summa. Synemenon 6.
Apotome 4. et Cassiu ee. Boethius Philolaus
Cap. 7. Odo enchiridij. Gregorius
Cap. 8. Gregorius. Mauroburgus
Tractatus 2.us
Boethius Albinus
Cap. 2. Gregorius. Philipetus temerariè loquens sic ait: una
est filia musica Philipetus dicit. Joannes Tinctorius.

Pag. 16. vuole le 8 sillabe Psal - lite - tur - per - vo - ces
is ~~stas~~.

Pag. 62. Le odierne crome vi si chiamano Cursee.

Pag. 67. Johanes prede Kristimus noster

Boetius. pag: 4.
Boetius. 5. cap. 20. lib. 1. pag: 6.
Boetius cap: 20. et 21. lib. 1. pag: 6.
Ptolom: cap lib. pag: 7.
Gregorius pag: 7.
Enchiridion Odonis. pag: 9.
Boetius. pag 9.
Gregorius. pag: 9.
Tinctor. pag: 9.
Guido. pag: 9.
Boetius. pag: 10.
Tristanus de Silva. pag: 12.
Boetius pag: 12.
Marchetus pag: 12.
Fr. Joannes Cartusiensis. pag: 12.
Marchetus Patavinus pag 12.
Rogerius Caperon. Scilly pag: 13.
Obo Enchiridium. pag: 16.
Gregorius. pag: 16.
Hugo Bolognus. pag: 16.
Ambrosius. pag: 16.
Bernardus. pag: 16.
Guido. pag: 16.
Gregorius. pag: 18.
Marchetus. pag: 19.
Boetius. pag: 20.
Ptolomeus. pag: 20.
Vitruvius lib. 5. cap pag: 20.
Boetius. pag: 21.
Nicholaus. pag: 21.
Gregorius. pag: 22.
Philipotus pag 23.
Joannes Tinctorius pag: 23.
Guido. pag: 23.
Guido. pag: 25.
Guido. pag: 27.
Boetius. pag: 28.
Joannes de Zondonis pag: 31.
Guido. pag: 31.
Mag. Oxoniensis Rissanus pag: 31.
Fr. Joannes de Lanto Dominico pag: 32.
Fr. Joannes Abbi anglicus pag: 32.
Fr. Joannes Cartusiensis pag: 32.
Fr. Joannes Carthusiensis pag: 32.
Vgolinus Urbevetanus pag: 33
Guido. pag: 34.
Guido. pag: 34.
Boetius pag: 35.
Boetius pag 37.
Boetius. pag: 38.
Joannes Carthusiensis pag 39.
Joannes Carthusiensis. pag 40.
Boetius. pag: 41.
Vgolinus. pag: 42
Joan: de Murij pag: 42.
Nicholaus. pag: 42.
Fr. Joannes. pag: 42.
Ludovicus Sancij. pag: 43
Boetius. pag: 43
Boetius. pag 44.
Guido pag 45
Obo pag 45
Rogerius Caperon. pag 46.
Boetius cap: 14. lib. 4. pag: 46.
Vgolinus. pag: 54.
Guido. pag: 57
Jacobus Guidonis. pag: 57.
Mag. r Francho. pag: 62.
Egidius de Morino. pag: 62.
Obregam. pag: 66.
Bugnoj. de Fri pag: 66.
Joan: de monte. pag: 66
Tinctorius pag: 66.
Joan: Urede Rifer pag: 67.
Fr. Franciscus pag: 67.
Tristanus de Silva pag: 68
Joannes de Murij pag: 68.
Egidius de Morino. pag: 68.
Joan: Obregam. pag: 68.
Tristanus de Silva. pag 68
Egidius. pag: 68.
Joan: de monte Mag. r Cami. pag. 68.
Robertus Anglicus. pag: 69.
Egidius de Morino. pag: 70.
Vgolinus. pag: 70.
Mag. r Francho. pag: 70.
Bugnoj. pag: 71.
Boetius. pag: 77.
Ptolomeus. pag: 77.
Guido. pag: 78.
Tristanus de Silva pag: 80.

museo nazionale della musica e biblioteca di bologna

Diversità della stampa ne' due esemplari.

Pag. 15
16
17
18 } b 3

Pag. 9. Guido, monachus fortasse melior quam musicus.

pag. 24. Confusione della dottrina di Guido. Suoi difetti, pag. 57

pag. 33 in fine - La sola mutazione nel sistema di Mamis stava nell'ottava che poteva aver la sillaba tas o ysal: questa se si ascendeva alla seconda ottava, e l'altra se non si andava oltre l'ottava.

pag. 34. Mamis propone cominciar la scala da C.

pag. 51. Mamis spiega i rivolti e ammette le due quinte una perfetta l'altra minore.

pag. 39. Tritonum facere, ut frater iohaes carthusinus dicit, nõ est peccatũ mortale, ut multi credunt imo necessarius est.

pag. 73 e 74. Dice esser questa la p.ª parte soltanto della sua opera. Lo stesso ripete a pag. 49 e a pag. 15, oltre la chiara partizione che ne dà in fine del proemio.

pag. 22. Sillabe proposte in luogo delle sei guidoniane

pag. 68. Il primo maestro del Mamis fu un Johanes de monte

Museo internazionale e biblioteca della musica di Bologna

BIBLIOTECA MUSICALE BOLOGNESE

museo internazionale
e biblioteca della musica
di bologna

museo internazionale
e biblioteca della musica
di bologna